



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Resolutorium dubioru[m] circa celebratione[m]
missa[rum] occurrentiu[m]**

Heynlin, Johannes

Colonie, 1501

VD16 H 3452

ijj Quid agendu[m] si in aliqua regione no[n] i[n]ueniat[ur] ecclesia
[con]secrata

urn:nbn:de:hbz:466:1-34702

Tercium

¶ Capitulum tertium de dubiis circa locum celebrandi
occidentibus duos continet articulos

¶ Resoluit quinq; dubia circa locum celebrandi communem videlicet
ecclesiam incidentia Arti. I.

- I. Quis sit locus cois debitus et quenam ad celebrandum missam.
Sol. Regulariter sola ecclesia consecrata.
iiij. Utrum ne quis possit licite quandoq; extra ecclesiam celebrare.
Sol. Potest de licentia episcopi vel superioris dummodo habeantur
necessaria ad celebratōem requisita.
vij. Quid si in terra vel regione aliqua non inueniatur aliqua ecclē
sia consecrata ppter destrūctionem vel vastationem ecclesiarum.
Uel si quis in itinere constitutus et presertim in nauigatōne ubi
non potest haberi ecclesia vel constitutus in aliquo exercitu. vel in
aliquo consimili occurrente casu. utrum ne quis posset alibi q; in Dubiū
ecclesia celebrare. etiam sine licentia episcopi.
Sol. In talibus casibus bene potest si habeantur ibi omnia necessaria
ad celebratōem missae requisita. potest enim celebrare sub domo
vel sub tentorio.
viii. Utrum in mari vel in fluminib; in quib; naues frequenter
agitantur liceat alicui celebrare.
Sol. Nullo modo debet ppter periculum effusionis sanguinis christi.
v. Utrum in omni loco consecrato liceat celebrare missam.
Sol. Non. si enim locus sit interdictus. siue a iure. ut pollutus sanguis
ne vel semine. siue a iudice. videlicet per sententiam interdicti laſ
tam contra locum illum. non licet ibi celebrari. et faciens contrarium
in hoc casu incurrit irregularitatem.

- ¶ Resoluit sex dubia que circa locū ppterum. scilicet altare occurrere possunt. Arti. II.
- I. Utrum in ecclesia vel alibi possit quis licite celebrare super aliō
quo alio q; super altari.
Sol. Non licet nisi super altari vel fixo siue stabili. vel portatili siue
viatico. quod ppter mensam fieri vel arcā vel aliud huiusmodi.
iiij. Quale debeat esse altare super quo celebrare licet.
Sol. Altare debeat esse lapideum consecratum non enorimenter factum?
vij. Quibus altare debet esse cooperatum et ornatum.
Sol. Duabus palliis et corporali cōsecratis de lino puro factis. nul Dubiū
lo colore tinctis. sed totaliter albis mundis et nitidis
viii. Utrum semper liceat sacerdoti super quolibet altari cōsecrato ce
lebrare missam.
Sol. Non semper licet. nam postq; episcopus aliquis super aliquo al
tari celebrauerit. non licet illo eodem die alteri sacerdoti super illo
altari celebrari. nisi de licentia episcopi.
v. Quantum debeat esse altare portatile. ut sit aptum celebrationi
super eo fiende.

B. viij